Herzburtowa getat Herzborth

scripta et recognita ... prout ipse inscriptiones terrestres Belzen
latius fusius suo in tenore obligantur, Generosa Zophia
de Przewodow relicta sedarum nuptiarum Magnifici Joannis Her
borth Castelli Belzen et eius successoribus iam ex nunc plena
rie et in effectu totaliter condescendit et cedit perpetue
in eandem Zophiam et eius successores omnes ius suum et fratres sui
supranominati obligationum quod cumque eosdem in predicta villa
Nowosiolki ex vi inscriptionis prefatis spectabat et concer
nit plenarie et totaliter transfundit incorporat et inni
scerat cum omni iure dominio et proprietate ita prout solus
bona prefata villam Nowosiolki tenuit habuit et possidebat
nihil iuris dominii et proprietatis in prefatis bonis
obligatis et in summa prefata pro se et suis successoribus excipi
endo et reservando sed totum et integrum ius suum prefatum
in eandem Zophiam de Przewodow et eius successores transfun
dendo cum omnibus et singulis generaliter punctis clausulis
articulis conditionibus iuris tuitionis in ipsis inscriptionibus obli
gationis per eosdem Wissoglie factis inscriptis latisque contentis per
eandem Zophiam et eius successores bona prefata sibi predicti
inscriptionis per eundem Albertum Herborth transfusa tenendum
et possidendum ad usus suos successorumque suorum bene placitos iuxta
inscriptionem prefatam convenientem iam ex nunc perpetuo et in eam
Et iam ex nunc coram predicto officio dedit et admisit eidem Zophie
in bona eadem realem intrinsecam et actualem pacificamque possessionem
vigore predicti inscriptionis transfusorialis per nullam terram premissam
in bonis prefatis obligatis tunc quam postulabit dare et ad
nutum se et suos successores super bonis suis inscribit sub vadio
trecentorum florenorum pecunie monete pollicis, insuper etiam inscri
bit et obligat se et suos successores inscriptionem predictam castrensem
premissam transfusoriam ex his actis castrensibus premissis ad
acta terrestria premissa ad primos vel secundos tenentes terrestres
premissa, transferre et transportare in hac vel meliori
verborum forma sub vadio sancti trecentorum florenorum
pecunie monete pollicis pro quo quidem vel quibus vadio et vadiis
se se prefatus Albertus Herborth cum suis successoribus eidem
Zophie de Przewodow vel eius successoribus litteras permiserit
et permiserit Et nunc coram officio predicti castrensis premissis
omissa quamvis iurisdictione competenti stare parere reddere ac
pro ipso vadio ... non recedendum satisfacere debet et eius

successores tenebuntur terminum ipsum primum tamquam peremptorium
nulla re exquisita nec colore excogitato neque iudicio neque extra iudicio
vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori terrestris regalibus
aura pestifera et aliis quibusvis legalibus impedimentum non differ
re nec prolongare atque se excipiendum evasionibus prescriptionibus et
dilationibus quibusvis de iure dari solitis a decretis quibusvis nullas
motiones cum appellationibus facientes ad easque prosequendum non adcitandum
pena trium marcarum et triplici pena hoc idem vadium et vadia
non evadendum quatenus nihil sibi in auxilium contra predictam inscriptionem
et eius contentum recipiendum sue et suorum successorum sub amissione
totius cause vigore solutionem prefati vadii vel vadiorum quibus
solutis utique predicti inscriptionem et omnibus in ea contentis prefatus Al
bertus Herborth satisfacere tenebitur et successores tenebuntur totiens quo
ciens necessarium fuerit nulla in hoc prescriptione terrestri obstante super
quod nullo solutum est.

Oporowsky reformat consorti

Comparens personaliter coram officio et actis predictis castrensibus capitanea
libus premissis Generosus Stanislaus Oporowski a Oporow capitaneus
Rusingensis a terris palatinatibus et districtibus suis quibusvis recedendum
et huic predicti iurisdictioni castrensi premissa se et suos successores cum bonis
suis omnibus in toto quo ad actum effectumque predictis inscriptionis in
corporam ac inscriptam sanus mente et corpore existens pacem palam
habuit Quia Generosa Margarethe de Pruchstein filie olim Magnifici
Joannis Herborth de eadem Pruchstein Castelli Belzen consorti vero
sue legitime ac charissime summam quatuor millium florenorum pecunie
monete et mensuram pollicis quem habet in florenis per triginta grossos pollonicales
computatam ratione dotis post eam accepti et manualiter levati
Et aliam summam quatuor millium florenorum pecunie monete pollicis ratione
veri et iusti dotalicii ita quod erit summa simul iuncta et in
unum conexa octomillium florenorum pecunie monete pollicis dotis et
dotalicii Quam quidem summam simul iunctam et in unum conexam
in et super tota ac integra medietate omnium bonorum suorum hereditariorum
et obligationum Mobilium et immobilium per ipsum in quibus
cumque terris palatinatibus et districtibus quovis iuris titulo possessorum
nunc et in post habendorum aut quovis modo acquisitorum et super ipsum de
volutorum et quatenus super tota et integra medietate supplicationis do
mestice inscribit dat donat dotat dotaliciat reformat predicti inscriptionis